Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26146
Copyright: Admont, Benediktinerstift

quid de ammonitis & moabitis scriptum dic. qui ex
genere loth descendunt. per cio si libenter accipiat.
Q uomodo enim poterit apparere xpo. qd qui de semine
eius generentur. usq; ad tertia & quartam p generationem
non introibunt in ecclesiam dni. nos autem ut sentire
potuimus. loth figuram ponimus legis; sed nec hui
dem incongruum qd feminino genere apud nos
declinat lex. cum masculinum genus serua & in greco.
H uius uxorem illum poplum ponimus. qui de egypto profec
tus. & demersus rubro. ac persecutione pharaonis. tam
quam de sodomitis ignibus liberatus. rursum carnes
& olla egypti. & cepas. cucumeresq; desiderans.
retro respexit. & cecidit in deserto. fertur & hic ipse
concupiscentiae memoria inheremo; Ibi ergo lex
primum illum poplum. tamquam loth retro respicientem
perdidit. ac reliquit uxorem; Indeuenient loth habi
tare in segor. Deque dicit; ciuitates haec pusillae
& reluceb(it) anima mea in ipsa. & non est pusilla;
quae ergo est. quantum ad legem pertinet ciuitates
pusillae. & non pusilla. Videamus; ciuitas a con
uersatione multorum dicta est. proeo qd plurimorum in unum consistat. & contineantur; hi ergo
qui in lege conuersant. pusillam habent & parucem conuersationem. quem diu secdm litte